Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



dixit illum legere esayam pham & dixit: Putasne i
telligis quae legis? Qui ait: Et quomodo possum nisi aliquis
ostenderit mihi? Rogauit que philippum ut ascenderet
& sederet secum. Locus autem scripture hic erat quem legebat.
Tanquam ouis ad occisionem ductus est: & sicut agnus coram
tondente se sine uoce: sic non aperuit os suum in humilitate
iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enar
rabit: quoniam tollitur de terra uita eius. Respondens autem eunu
chus philippo dixit: Obsecro te de quo pha dicit hoc:
De se an alio aliquo? Apiens autem philippus os suum. & incipi
ens a scriptura ista euangelizauit illi ihm. Et cum i
rent per uiam uenerunt ad quandam aquam. Et ait eunu
chus. Ecce aqua: quis prohibet me baptizari? Dixit autem
philippus. Si credis ex toto corde licet. Et respondens ait:
Credo filium dei esse ihm xpm. Et iussit stare currum. Et de
scenderunt in aquam utrique philippus & eunuchus & baptizauit
eum. Cum autem ascendissent de aqua spiritus dni rapuit
philippum & amplius non uidit eum eunuchus. Ibat autem p
viam suam gaudens. Philippus autem inuentus est in azoto: & p
transiens euangelizauit ciuitatibus cunctis donec ueni
ret cesaream nomen dni ihu xpi. Sectio iohannem

In illo tempore Maria stabat foris ad monumentum plorans. Dum
ergo fleret inclinauit se & prospexit in monumentum: et
uidit duos angelos in albis sedentes unum ad caput & u
num ad pedes ubi positum fuerat corpus ihu. Dicunt ei illi: Mu
lier quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt dnm meum & ne
scio ubi posuerunt eum. Hec cum dixisset conuersa est retro
sum & uidit ihm stantem & nesciebat quia ihs est. Dicit